

Bernhard Barnstorff

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Bernhardus Barnstorff ... ad exsequias, Quas ... Elisabethae Schröders/ ... Dn. Christiani Schröders/ I.U.D. ... Superstitis relictæ Filiae, Moestissima Mater, Vidua Schröderiana, hodie paratas cupit, Omnes Academiae Cives ... invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. 21. April. A. 1692.]

Rostochii: Weplingius, [1692]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430754>


Druck Freier  Zugang



Barnstorff, B.,
in
E. Schröder.
(Rost. 1692.)

52





57.

PROGRAMMA

^{2vo}

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

BERNHARDUS Barnstorff /

Med. D. P. P. & Poliater,
ad exsequias,

QVAS

VIRGINI NOBILISSIMÆ, LECTISSIMÆ QVE

ELISABETHÆ

Schröders /



NOBILISS. CONSULTISS. AMPLISSIMÆ

DN. CHRISTIANI

Schröders /

J. U. D. & Consilarii Meklenburg. p. m.
Superstitis relictæ Filiz,

Mœstissima Mater, Vidua SCHRÖDERIANA,

hodiè paratas cupit,

Omnes Academiæ Cives officiosè & peramanter invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Un iversi Typogr.



Æc est communis mortalium
omnium conditio, ut morian-
tur; quod vel ipsum nomen,
commodè suggerit, quò homi-
nes appellantur mortales. Uti-
nam omnium feriret aures, mo-
veret animos audita vox hæc,
ut justo tempore de illis essent
solliciti remediis, quibus præpa-
rari ad mortem convenit, ne
molesta nimis & invisa, tempore
importuno, præterque opinionem irruat! Non aliã le-
ge in hanc vitam omnes prodimus, quàm ut eãdem ex-
eamus iterum, ad imperium ejus, penes quem vitæ ac
necis absolutissima potestas est, qui juxta effatum Mo-
sis, homines obire diem suum jubet, aliosque in locum
eorum vocat. Haut inscitè Plutarchus in Moralibus:
*Uti nemo, inquit, miratur liquefactum quod potuit liquefcere,
sectum quod erat sectile, exustum quod exustibile: ita miran-
dum non est, mortuum esse, qui erat mortalis.* Sunt aliàs ho-
minum distincti ordines, variatque pro sorte cujuscun-
que æstimatio. Eminent imperantes, ab ipso summo
rerum omnium Moderatore in fastigio collocati, & au-
toritatis prærogativã præ cæteris insignes; subjacent
parentes, quibus sola obsequii relicta gloria est. No-
bilitium altior habetur locus, humilior ignobilium. Eri-
gunt cristas divites, premitur paupertas. Sapientiã
clari præferuntur merito suo rudibus, quorum animus
teterrimis ignorantie squalet tenebris. Est in pretio
pulchritudo corporis, longissimisque intervallis post se
relinquit deformitatem, formæ elegantia, tacita illis quos
ornat commendatio. Grator viget læta juvenus, quã
pas-

pascuntur intuentium oculi, capiuntur animi; riget tarda invisaque senectus, contemptum sui deplorans. Hæc & alia, differre statu, veneratione & æstimatione faciunt homines; omnes tamen in universum, cujuscunque conditionis aut sexûs fuerint, eodem loco mors habet: utpote quæ non veretur sceptrâ, non respicit sanguinem clarosque natales, non divitias, non formam ætatemye curat. Nimirum juxta illud Poëtæ:

Fata manent omnes, omnes expectat avarus

Fortior, & turba vix satis una ratis.

Tendimus hûc omnes, metam properamus ad unam,

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Notaque sunt illa Horatii, explicatius jam jam memorata Nasonis proponentis, cum inquit:

Pallida mors, æquo pulsat pede, pauperum tabernas

Regumque turres.

Et iterum:

Omnes una manet nox,

Et calcanda semel via lethi.

Mista senum ac juvenum deslentur funera, nullum

Sæva caput Proserpina fugit.

Si nostro hominum resstaret arbitrio, tum quidem senes, mortis faucibus non invideremus, qui impleverunt omnes ætatis, naturæ lege, humano generi hodie destinatæ numeros; curis atque laboribus exhausti, finem vitæ anhelant; nec ultra bono publico, vel suo tuorumque privato laborare queunt, aliis nil nisi tædium & molestiam creantes: juvenes verò, quorum integræ corporis vires, vegetaque ætas, rebus gerendis, officiisve pro statûs ac sexûs ratione præstandis conveniens, vitæ uti frui non prohiberemus. Hinc inexorable toties accusavere fatum gentiles.

)

At

At enimvero, si rectâ nobiscum rem viâ reputaverimus, illuminatisque fidei oculis negotium contemplati fuerimus, aliter faciliè judicabimus. Sciscitantibus enim, cur in amœnissimo etiam juventutis flore, mors, Deo jubente demetat homines, longiori vita sæpenumero dignissimos, vel unicum illud Spiritûs Sancti effatum satisfacere poterit, nimirum: ut perfecti cito reddantur, neque exemplorum pessimorum contagione, impostero bonæ mentes infectæ inquinentur, nevé furentis libidinis concitatæ æstro, in errorum scelerumque avia præcipientes agantur. Eodem scilicet, quin multò majori studio hominem Deus curat, quàm colonus hortos. Hic autem, cum præter spem suam evenire posse sciat, ut plantarum generosissima indoles, non modo plurimum lædatur, sed & sæpe degeneret omnino, hinc ne id magno tuo malo ubique experiatur, sæpe & in calice florem & in acerbitate fructum decerpit, atque ita decentibus modis condit, ut saluberrimos usus præstet. Idem Deus agit, quoties florentissimam juventutem, maturè horti hujus mundani pulvinis evellit. Neque habemus quod in herba spem omnem generosissimorum fructuum suffocari tum conqueramur, non enim intereunt, in verstanti ætate erepti homines, sed ad amœniora multò refervantur. Nescit itaque discrimen facere mors juvenum senumque, pauperum divitum, sapientium insipientum, & quocunque alio momento mortales differant, vel ideo etiam, ut omnes omni tempore parati eandem præstolentur, neque vitam vitii ac criminibus inquinatam securè degant. Et hoc agunt omnes, ritèque se præparant, quibus æterna animæ salus curæ cordique est. Egit idem datâ operâ, quæ exemplo suo documentum fragilitatis humanæ in ipso ætatis optimo flore extincta

recen-

recentissimè dedit, Virgo lectissima, pudicissimaque ELI-
SABETHA Schröders / quæ ita semper vixit, ut relin-
quendam hanc vitam esse nunquam non cogitarit. Re-
fert natales suos beatissimè defuncta, ad Parentes atque
Majores sequenti serie enumerandos. Patrem scilicet agno-
scit, Virum Nobilissimum, Amplissimum, Consultissimumque
Dn. *Christianum Schröder* / J. U. D. ut & Sereniss. Principis Sve-
rino-Meklenburgensis, Consiliarium gravissimum, terris hisce
jam dudum ereptam; Matrem verò Feminam Nobilissimam,
honestissimamque *Elisaberam Niebaus* / adhuc per Dei gra-
tiam superstitem, funusque Filix medullitus dilectæ, acerbis-
simè lugentem ac desolentem. Avus Paternus laudatur, Vir
Spectatissimus, prudentissimusque Dn. *Henricus Schröder* / Neo-
stadii Hofatorum Vir consularis meritissimus; Avia Paterna,
femina Sexûs sui virtutibus ornatissima *Anna Niemanns* / Viri pluri-
mum Reverendi, Dn. *Henrici Niemanns* / Pastoris quondam
apud Neostadienses vigilantissimi Filia. Avus maternus, Vir
Nobilissimus, consultissimus Dn. *Johannes Niebaur* J. U. D. Avia
materna, *Elisaberha Krügers* / Dn. *Petri Krügers* / Præfecturæ
Ivenacensis & Neocaldiensis in ducatu Meklenburgensi Ad-
ministratores dexterrimi, relicta filia, quæ in vivis adhuc est,
neptisque hujus suæ, uti judicatu facile est, mortem ægerimè
fert. Proavus lineæ paternæ exstitit, Dn. *Christianus Schrö-
der* / Civis & mercator primarius prædictæ civitatis Neosta-
diensis, Proavia, *Anna Jefferis* / Dn. *Georgii Jefferis* / Reipubl.
Lubec. Senatoris, Filia. Proavus maternus, Dn. *Johanne
Niebauer* / Büzovii, sedis quondam Episcopalis, civis & nego-
tiator inter primarios. Proavia materna, *Elisaberha Knorren*
Dn. *Andree Knorren* / Illustriss. Principis Mecklenburg. Ulda-
rici, gloriosæ memoriæ, Episcopatus Sverinens. Administratores
pabuli-præfecti dexterrimi Filia. His ergo majoribus & Pa-
rentibus optimis honestissimisque, suam post Deum originem
Beata nostra debet, edita in hanc lucem Anno 1666. d. 6. Fe-
bruarii. Et primam quidem maximèque salutarem horum
curam in eo experta est, quod recens natam ante omnia sacra-
tissimo baptismi lavacro in spem vivam regenerari curarint. Et
licet

Licet autem in ætate adhuc tenerâ, dilectissimo Parènte orba facta sit, matris tamen & Avix operâ, quâ nihil intermissum, quod ad educationem piam honestamque facere posset, effectum est, ut juxta pietatis semina, lætaque incrementa, virtutum quoque sexui convenientium culturam decentem, facillimè promissimeq; reciperet. Unde spem prolixam de se fecit, fore, ut senectutem Avix a mantissimâ, dulci levamine solaretur, Matrisque etiam satis afflictæ medereetur curis. Neque fefellisset Has, concepta spes, jam tum, tot adjumenti, sollicitu linis amorisque filialis sincerissimi speciminibus edoctas, quid imposterum etiam opis & sublevaminis ab ea sperare possent. At aliter summi rerum Moderatoris disposuit arbitrium, quò consilia hominum sæpissimè irrita redduntur, spesque nostræ præter spem atque opinionem decollant. Contigit proinde ante sex circiter menses, ut feбри tertianâ correpta, graviter decumberet, adhibitis autem medicaminibus, malo huic oppositis, ex præscripto Viri Nobilissimi, Experimentissimique Dn. Georgii Ruffen, Medicinæ Doctoris & Practici solertissimi, Amici nostri honoratissimi, liberata feliciter eodem est; nihilominus tamen exinde, attritas haut parum vires, membrorumque languorem insolitum sensit. Hinc consilium cepit, peregrè abeundi, Agnatamque, haut procul Wisnariâ degentem invendi, aërem mutatum, corporisque motionem sanitati profuturam persuasum habens. Perstitit ibidem per aliquot hebdomadam tractum, mox de novo febrili affectu se pertentari sensit. Audiamus ipsum prænominatum dominum Medicum, morbum, cui expugnando operam navavit, accuratius delineantem. Ita verò ille: *Circa brumam, in febrem tertianam intermittente incidit, non levis symptomatibus, præcordiorum scilicet anxietate, virium debilitate & vigiliis sæpe continuis stipatam, cujus & accessiones ultra quindecim horas durarunt, quo tamen morbo, licet bis in eundem reciderit, convenientibus adhibitis remediis, paucas intra septimanas liberata est, viresque suas pristinas dein paulatim recolligit.*

Correpta denuò est ipso parasceves seu XXV. Martii die, præcordiorum anxietatibus, calore intensiore per intervalla remittente, vigiliis

giliis, cephalalgia & cardialgia imprimis, qua Symptomata morbillorum ibidem loci grassantium suspicionem dederunt. Hisce ne intempore obviam iretur, accersitus est Experientissimus, famigeratissimusque WisMariensium Medicus, ejusdemque Civitatis Physicus Dr. D. Arends, sed cum parum levaminis sentiret, Matris presentiam desideravit, nec non meam in medendo operam, quam ipse denegare haud potuit. Adhibita quoque sunt me presente quadam cardiaca & stomachica dista medicamenta, quibus omnia tolerabiliora erant, indeque restitutionis spes non minima affulgebat. Sed subsequenti die, malum recrudit & majori nisu jam languidas vires omnino prostravit, imprimis capitis dolor eis adeo infestus fuit, ut objecta oculis dupla viderentur, nullumque dubium esset Medico pramemorato, de alicujus interni visceris inflammatione, aut oculi a gangranâ. Hisce consistata angustiis, viribus exhaustis, animam Deo placidè reddidit. Nimirum ardentissimis precibus se Deo Sospitatori suo ante commendavit, Eidemque curam animæ pariter atque corporis commisit, obfirmato certissimâ hâc fiduciâ animo, illum pro voluntatis suæ sanctissimæ beneplacitoid effecturum, quod ei salutare, & ad futuræ potissimum vitæ consequenda bona incomparabilia, gloriamque immarcescibilem facere posset. Quapropter singularem promptitudinem, quod in hâc ætate mireris, mortem excipiendi, mundoque huic tot malorum irritamentis haut immerito piis formidabili, valedicendi, non unâ vice demonstravit, accersitoque V. D. Ministro illius loci, animæ suæ desideria exposuit. Qui solatio, ex divini verbi penu deprompto ei præsto fuit, sacroque *in* *Qod*, quod intensissimè cupiebat, languentem animam refocillavit. Hoc ergo amoris divini pignore certissimo potita, præsentissimi in omnibus, etiam ultimis mortis necessitatibus auxilii fiduciâ se oppidò auctam, accedente interno Spiritus Sancti robore sensit, nilque ultra omnibus votis expetiit, quam ut vinculis corporeis solveretur, manibusque Emanuelis sui exciperetur Spiritus, in libertatem exoptatissimam asserendus. Unde indefinentibus per aliquot dierum spatium mortis meditationibus, piis sermocinationibus, precibus calidissimis, occupata, suspiriis tandem, lingua officium denegante, alto pectore ductis

ductis, vicem verborum explentibus, tandem voti sui compos
facta, elapsâ xv. April. die, horâ s. matutinâ, in prædio Scharstorf/
quò se, uti supra memoravimus, contulerat, inter brachia ma-
tris dilectissimæ, ibidem tum præsentis, vitam beatissimè posuit.
Hinc ergo materiam satis uberem lugendi nactæ sunt
Mater atqve Avia, funeri dilectissimæ Filiæ, neptisque hu-
jus suæ superstites, eoq; majorem, quò melior cariorque
hæc illis dum vixit extitit. Non improbamus lachry-
mas copiosissimè jam, scio, effusas, & occulta suspiria.
Meminerit tamen Hæ, vitam hanc esse pelagus malo-
rum, fontem lachrymarum, carcerem & peregrinatio-
nem perpetuam, & non immoderatè dolebunt. Recor-
dentur Filiam ac neptem s(vavisissimam, è mortalium fuisse
numero, adeoque naturæ debitum fuisse solvendum i. e.
moriendum. Spe citius atque opinione vitâ exiit? be-
nè illi factum, quia ex malorum atq; calamitatum flucti-
bus in portum, à vinculis ad libertatem, ab exilio ad ve-
ram patriam exiit. Habuistis filiam hanc, tanquam Deo
reposito, dimissuræ; dimisistis, tanquam Deo resti-
tuente olim recepturæ. Interea extabit in memoriam
ejus, sequens tribus verbis conceptum monumentum:

ELISABETHA. SCHRÖDERIA,


Bene. nata.,

Melius. educata.

Optimè. mortua.,

Quod reliquum est, ad Vos convertor Cives Academici
O. O. honoratissimi, utque funus, novissimo honore,
frequenti præsentia, afficiatis, humaniter à
vobis contendo,

P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. 21. April. A. 1692,





gillis, cephalalgia & cardialgia impr
morbillorum ibidem loci grassantium suspi
incampore obviam iretur, accersitus est E.
tissimusque Wismariensium Medicus, eju
sus Du.D. Arends, sed cum parum levam
sentiam desideravit, nec non meam in me
denegare haud potui. Adhibita quoque
cardiaca & stomachica dicta medicamenta
ora erant, indeque restitutionis spes non
subsequenti die, malum recruduit & maj
res omnino prostravit, imprimis capitis
ut objecta oculis dupla viderentur, nulla
prememorato, de alicujus interni visceris
gangranâ. Hisce constictata angustiis,
Deo placidè reddidit. Nimirū ardentissim
ratori suo ante commendavit, Eidem
atque corporis commisit, obfirmato c
mo, illum pro voluntatis suæ sanctifi
cturum, quod ei salutare, & ad futura
quenda bona incomparabilia, gloria
facere posset. Quapropter singularem
in hâc ætate mireris, mortem excip
tot malorum irritamentis haut imm
valedicendi, non unâ vice demonstra
Ministro illius loci, animæ suæ desideri
ex divini verbi penu deprompto e
iPodio, quod intensissimè cupiebat,
focillavit. Hoc ergo amoris divini p
præsentissimi in omnibus, etiam ultim
auxilii fiduciâ se oppidò auctam, ad
Sancti robore sensit, nilque ultra om
ut vinculis corporeis solveretur, ma
exciperetur Spiritus, in libertatem ex
Unde indefinitibus per aliquot die
ditationibus, piis sermocinationibus, pr
pata, suspiriis tandem, lingua officium

Symptoma
nt. Hisce ac
, famigera
tatis Physi
Matris pra
, quam ipse
ne quadam
a tolerabili
gebat. Sed
nguidas vi
infestus fuit,
esset Medico
, aut oculi a
lis, animam
Deo Sospit
imæ pariter
fiduciâ ani
citoid effe
vitæ conse
rcessibilem
nem, quod
doque huic
ormidabili,
oque V. D.
Qui solatio,
, sacroque
animam re
limo potita,
ecessitatibus
rno Spiritus
petiit, quam
manuelis sui
afferendus,
mortis me
simis, occu
alto pectore
ductis

